



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

Luxemburgi, 1739

- I. Regulæ Cancellariæ Apostolicæ. Fundatio Cœnobii Fratrum
Capuccinorum in Civitate Majoricensi.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](#)

ANNO
1676.

CLEMENS X. INNOCENTIUS XI.

189 ANNO
1676.

Supplet
quocumque
defectus.

Decretum
pro obser-
vantia.

Clausula
sublata, &
Decretum
irritans.

Latiſſime
contrariis
derogat.

Fides tran-
ſumptorum.

Dat. 1. Julii
1676. An. 7.

ſolica tenore præsentium perpetuo confirma-
mus, & approbamus, illisque inviolabilis Apo-
ſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes,
& singulos Juris, & facti, ac solemnitatum qua-
runcumque in ſimilibus, etiam de neceſſitate
obſervandarum, alioſe quoſlibet, etiam for-
males, & ſubſtantiales defectus, ſi qui in præ-
miſſis principaliter, vel acceſſorie, aut alias
quovis modo intervenierint, ſeu interveniſſe dici,
cenſeri, vel prætendti poſſent, penitus, & om-
nino ſupplemus, & ſanamus.

ſ. 5. Decernentes eadēm præſentes Literas, & Conſtitutiones preinfertas ſemper firmas, va-
lidias, & efficaces exiſtere, & fore, ſuſque plena-
rios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac
illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quando-
cumque ſpectabit in omnibus, & per omnia
plenilime ſuffragari, & ab eis reſpective invio-
labiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quo-
cumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam
Caſuarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac San-
ctæ Romanae Eccleſiae Cardinales, etiam de La-
tere Legatos, & Apoſtolice Sedis Nuncioſ, alioſe quoſlibet quacumque præeminentia, &
potestate fungentes, & functuros, ſublata eis, &
et corum cuilibet quavis alter judicandi, & in-
terpreandi facultate, & auſtoritate judicari,
& definiiri debere; ac irritum, & inane, ſi fe-
cūſ ſuper hiſ a quoquā quavis auſtoritate ſcien-
ter, vel ignoranter contigerit attenari.

ſ. 6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, &
Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus
ſit Congregationis, & Ordinis præfectorum,
alioſe quibusvis, etiam Juramento, Conſirma-
tionē Apoſtolica, ſeu quavis firmitate alia ro-
boratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis
quoque Indulſis, & literis Apoſtolicis, etiam
Congregationi, & Ordini prædictis, illorum-
que Superioribus Fratribus, & perfonis ſub qui-
buscumque verborum tenoribus, & formis, ac
cum quibusvis, etiam derogatoriarum deroga-
toriis, alioſe effaciōriis, effaciſimis, & info-
litis clauſulis, irritantibusque, & aliis Decretis
in genere, vel in ſpecie, ſeu alias quomodo li-
bet in contrarium præmiſorum confeſſis, ac
plurimes conſirmatis, approbatis, & innovatis.
Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illo-
rum ſufficienti derogatione de illis, eorumque
totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, &
individua, ac de verbo ad verbum, non autem
per clauſulas generales idem impoſtantes, men-
tio, ſeu quavis alia expreſſio habenda, aut ali-
qua alia exquita formā ad hoc ſervanda foret
tenores huiusmodi, ac ſi de verbo ad verbum,
nil penitus omiſſo, & forma in illis tradita
obſervata, exprimerentur, & inſererentur, præ-
tentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, &
inſertis habentes, illis alias in ſuo robre per-
manſuris, ad præmiſorum effectum hac vice
dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus,
cateriſque contrariis quibuscumque.

ſ. 7. Volumus autem, ut earumdem præ-
ſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis,
etiam imprefſis, manu alicuius Notarii publici
ſubſcriptis, & ſigillo Persona in Eccleſiaſtica
dignitate conſtituta munitis, eadem prorsus fi-
des tam in Judicio, quam extra illud, ubique
locorum habeatur, quæ haberetur ipſis præſen-
tibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtentæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub
Annulo Pifatoris die 1. Julii 1676. Pontificatus
noſtri Anno Septimo.

I. G. Sluſius.

Regiſtr. in Secret. Brevium in Lib. Mensis Ju-
lii par. 2. fol. 132.

Ad individua Trinitatis, gloriſimæ Maria Vir-
ginis, ac Sanctorum Petri, & Pauli Apoſto-
lorum laudem, & gloriā ſempiternam.

INNOCENTIUS UNDECIMUS
PONT. CCXLIV.

ANNO CHRISTI MDCLXXVI.

Innocentius Undecimus, Benedictus ante-
vocatus, Filius Livii Odescalchi Novo-
comensis, S. R. E. Diaconus Cardinalis Tit.
S. Coſmae, & Damiani, & poſteā Pres-
byter Tit. S. Honuphrii: Pontifex electus
die 21. Sept. 1676. Coronatus die 4. Octo-
bris ejusdem Anni: Creavit Cardinales 43.
Vixit An. 78. in Pontificatu An. 12. Menſ.
10. Dies 22. Obiit die 12. Auguſti 1689.
Sepultus est in Baſilica Vaticana. Vacavit
Sedes Menses duos.

Regulæ Cancellaria, quas de more initio ſui
Pontificatus Innocentius XI. promulgavit, quia
aliis in ſuperiori Toſco contentis ſimiles ſunt,
brevitatis ſtudio omituntur.

Commititur Majoricensi Epifcopo, ut Majori-
ca, ſupplicante Civitate, & omnibus Reli-
gioſis Mendicantibus conſentientibus, Co-
enobium Fratrum Capuccinorum Apoſtolica au-
toritate conſtituat.

Vid. Conſlit. 25. Clem. X., quæ inc. Alias fel.
rec. ſup. Tom. VI. fol. 29.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Vener. Frater Salutem, & Apoſt. Bene-
ditionem.

I.

Dat. 9. Nov.
1676. An. I.

Species facti.

Exponi Nobis nuper fecerint dilecti filii Fra-
tres Provinciæ Aragoniæ Ordinis Minorum
S. Franciſci Capuccinorum nuncupatorum, quod
cum ipſi alias videlicet die 5. Sept. 1671. Indul-
tum fundandi in Regno Majoricæ Conventum
eorum Ordinis, ſervata tamen Conſtitutionum
Apoſtolicarum diſpoſitione, ſibi a fel. recor. Cle-
mente PP. X. prædeceſſore noſtro, per quasdam
ſuas in ſimiſi forma Brevis literas tibi, ſeu tunc
existenti Epifcopo Majoricen. direcitas concedi
obtinuiſſent, teque, ſeu dicto Epifcopo permit-
tente, ad actualem unius Conventus cum Eccle-
ſia in Civitate Majoricen. erectionm deueniſſent.
Dilecti etiam filii Fratres Minores Ordiniſ
ejusdem S. Franciſci Strictioris Obſervantie
nuncupati, qui in prædicto Regno a pluribus
abhiene annis duos inſignes Conventus poſſident,
prætententes ſe gravatos, & afferentes præfatas
literas Apoſtolicas obreptionis, & ſubreptionis
vitio labore, ex quo in illis reſenſitum, & ex-
preſſum non fuerat, quod dudum, nempe anno
1649. inſtantibus iſdem Fratribus Capuccinis pro
obtinendo huiusmodi fundationis induſto, & con-
tradicentibus ipſiſmet Fratribus Strictioris Obſer-
vantie Congregatio tunc exiſtentium S. R. E. Car-
dinalium negotiis, & conſultationibus Epifcopo-
rum, & Regularium prepoſita, die 28. Jan. 1650.
& reſpective diversis aliis temporibus nempe die
decima quinta Junii 1650. vigefima quinta
Aprilis 1653., & septima Decembriſ 1657. uni-
formibus decretis etiam per literas Apoſtolicas
conſirmatis mandaverat pro tempore exiſtentis
Epifcopo Majoricen. ne permetteret Fratribus
Capuccinis Conventum, aut Domum quam-
cumque in prædicta Civitate erigere, ipſisque
præcipere, ut a præfata Inſula diſcederent.
Et inſuper afferentes, quod in primodiſtis li-

Decreta
Congrega-
tions Epif-
cop., & Re-
gul.

teris

ANNO 190
1676.

INNOCENTIUS UNDECIMUS.

ANNO 1676.

teris derogatum non fuerat literis recor. mem. Alexandri Papæ VII., etiam prædecessoris nostri pariter in forma Brevis expeditis, quibus specialiter prohibetur in Regno Majoricæ aliquem Conventum fundari, nisi servata quinque leucarum distantia ab aliis Conventibus, jam erectis, insisterent acriter pro declaratione iusmodi subreptionis, & Apostolici Indulti revocatione. Quare proposito, & mature discurso dubio, eadem Congregatio die vigesima septima Januarii 1673, decretiv literas primodictas tanquam subreptias non esse exequendas, & quicquid vigore illarum erat gestum, tanquam attentatum esse revocandum, ac servandas esse ordinationes, & decreta alias facta; Iterumque proposito dubio die vigesima septima Aprilis ejusdem anni perficit in *decisis*, & perpetuum imposuit silentium, mandavitque tibi, ferunt existenti Episcopo Majoricen., ut omnia gesta in executionem primodictarum literarum Apostolicarum, utpote attentata revocari faceres, seu faceret. Quæ quidem ejusdem Congregacionis decreta per alias dicti Clementis prædecessoris literas similiter in forma Brevis expeditas approbata, & confirmata fuerunt, & pro predicatorum omnium executione Monitorium a dilecto filio caesarum Curia Cam. Apost. generali Auditore relaxatum, & ipfis Fratribus Capuccinis intimatum fuit. Verum statibus præmissis, cum dd. Fratres Capuccini ea qua par est obedientia Apostolicis mandatis obtemperantes, & a prædicta Insula in Hispaniam transfruentes, Conventum, quem, ut supra dictum est, exererant, vacuum dimisissent, Civitas Majoricen. videns se tam piis Religiosis orbata, tota in amaritudinem conversa est, & ad memoratum Clementem prædecessorem recursum habuit, humiliter supplicando, ut atento consensu ceterorum omnium Religiosorum Mendicantium supremæ suæ pietatis dona impertiri dignaretur, & iisdem Fratribus Capuccinis speciale gratiam & favorem facere retinendi, seu de novo fundandi ibidem Conventum in quo duodecim Religiosi permanere possent. Ipse vero Clemens prædec. devotis prædictæ Civitatis, & Regni precibus, quantum equitati consentaneum foret annuere cupiens, prævia oris aperiōne, speciale Congregacionem nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum, tunc suorum ejusdem S. R. E. Cardinalium benigne deputavit, in qua dum utrinque partis rationum momenta discutiebantur, bene dicente Domino, res in pace compotæ sunt, & præfati Fratres Minores Strictioris Observantiae discretiori consilio Fraternam charitatem exercentes suum præstiterunt consensum. Quare dicti exponentes Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequentiarum serie absolventes, & absolutos fore cententes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de memoratæ specialis Congregationis Cardinalium consilio, attentis supra expressis, ac noviter deductis Fraternitatibus per præsentes commitimus, & mandamus, ut postquam tibi constiterit Fabricam novi Conventus hujusmodi cum Ecclesia, Choro, Sacristia, Dormitorio, Refectorio, alisque Officinis, hortis, & spatis esse numeris omnibus absolutam, & supellectilibus tum sacris, tum profanis sufficienter instruam, quodque ex priorum Benefactorum eleemosynis duodecim Religiosi sustentari comode possint, ad prædictam erectionem, & fundationem auctoritate nostra Apostolica pro tuo arbitrio procedas.

§. 2. Non obstantibus supradictis Decretis, & Apostolicis in forma Brevis literis, & præscriptis dicti Alexandri prædecessoris, alisque ordinationibus, & Constitutionibus Apostolicis, ac quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singularis illorum tenores præsentibus, pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die nona Novembris 1676. Pontificatus nostri Anno Primo.

Aliud decretum.

Fratres Capuccini Mandatis Apostolicis parent.

Preces Civitatis.

Nonnullorum Cardinalium Congregationi causa cognita remittitur.

Patres concordant.

Delegatio foundationis cenobii.

Confirmatur decretum S. Congregationis Episcoporum, & Regularium, quo statuit, Fratres Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptoris Captivorum Provinciæ Portugallæ gradum supernumerarii Magistri Apostolicis literis concessum assequi non posse, nisi in examine idonei comprobentur.

Fratres Redemptoris Captivorum Provinciæ Portugalæ frui debere omnibus Privilegiis concessis a Sede Apostolica aliis fratribus ejusdem Ordinis Provinciarum Castella, Legionis ac Bethica statuit Paulus III. Constitutione que incipit Inter Curas, Bull. Rom. Tom. I. Conf. 2.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

N Upere pro parte dilecti filii moderi Ministri Provincialis Provinciæ Portugallæ Ordinis Fratrum Sanctissimæ Trinitatis Redemptoris Captivorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita exposito, quod cum nonnulli Fratres dictæ Provincia gradum Magistrorum supernumerariorum ipsius Provinciæ sibi ab hac Sancta Sede concedi obtinuerint per quadam literas Apostolicas in simili forma Brevis desuper expeditas, in quibus apposita fuit clausula: *Dummodo prævio rigoroso examine ad id idonei reperirentur*, dictique Fratres per injuriam Ministri Provincialis, qui eandem Provinciam elapo triennio gubernavit, in possessionem dicti gradus intrusi sint, tametsi juxta præscriptum dictarum literarum rigororum examen non subiverint secundum Constitutiones Ordinis prædicti a recendæ me. Alexandre PP. VII. prædecessore pariter nostro in forma specifica confirmatas, id vero in magnum Provinciæ præfata præjudicium, & dedecus, & (quod deterius est) in aliquem contemptum, & illusionem præfatarum literarum Apostolicarum cedat, cum id, quod tam juste, & rationabiliter per eadem literas præcipitur, non sit impletum. Idem modernus Minister Provincialis plurimum cupiebat Apostolica auctoritate præcipi, ut dicti Fratres indebiti in gradum prædictum hactenus intrusi impleant conditionem in supradictis literis Apostolicis apposita de rigoroso examine, illudque intra mensem, vel alium terminum dictæ Congregationi Cardinalium benevolum subeant in forma præscripta a dictis Constitutionibus, alias omnino

Dat. 10. Nov.
1676. An. I.

Summa pre-
cum.

Causa Decre-
tri ejusque
confirmatio-
nis.

Preces Mini-
stri Provin-
cialis.